

The privilege which Jesus concedes to His chosen friends is that of drinking His chalice. The draught is bitter, but it gives strength to the soul. Love is nourished on sacrifice and pain. The more we love Jesus, the more we willingly suffer for Him.

INTROIT Psalms 37: 22, 23

Ne derelinquas me, Dómine, Deus meus, ne discédas a me: inténde in adjutórium meum, Dómine, virtus salutis meæ. (Ps. 37: 2) Dómine, ne in furóre tuo árguas me: neque in ira tua corrípias me. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Ne derelinquas me, Dómine, Deus meus, ne discédas a me: inténde in adjutórium meum, Dómine, virtus salutis meæ.

COLLECT

Pópulum tuum, quæsumus, Dómine propítius réspice: et quos ab escis carnálibus præcipis abstinére, a nóxiis quoque vítiis cessáre concéde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Esther 13: 8-11, 15-17

In diébus illis: Orávit Mardocheús ad Dóminum, dicens: Dómine, Dómine Rex omnipotens, in ditióne enim tua cuncta sunt pósita, et non est qui possit tuæ resístere voluntáti, si decréveris salváre Israél. Tu fecísti Cælum et terram, et quidquid cæli ámbitu continétur. Dóminus ómnium es, nec est qui resístat majestáti tuæ. Et nunc, Dómine rex, Deus Abraham, miserére pópuli tui, quia volunt nos inimíci nostri pérdere, et hereditátem tuam delére. Ne despicias partem tuam, quam redemísti tibi de Ægýpto. Exáudi deprecationem meam, et propítius esto sorti et funiculo tuo, et convérte luctum nostrum in gáudium, ut vivéntes laudémus nomen tuum, Dómine, et ne claudas ora te canéntium, Dómine, Deus noster.

GRADUAL Psalms 27: 9, 1

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hereditáti tuæ. Ad Te, Dómine, clamávi, Deus meus, ne síleas a me, et ero símilis descendéntibus in lacum.

TRACT Psalms 102: 10

Dómine, non secúndum peccáta nostra, qua fécimus nos: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis. (Ps. 78: 8-9) Dómine, ne memínaris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito anticipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes facti sumus nimis.

(Hic genuflectitur.)

Ádjuva nos, Deus salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

GOSPEL Matthew 20: 17-28

In illo témpore: Ascéndens Jesus Jerosólymam, assúmpsit duódecim discipulos secréto, et ait illis: Ecce ascéndimus Jerosólymam, et Fílius hóminis tradétur princípibus sacerdotum, et scribis, et condemnábunt cum morte, et tradent cum géntibus ad illudéndum, et flagellándum, et crucifigéndum, et tértia die resúrget. Tunc accéssit ad eum mater filiórum Zebedæi cum filiis suis, adórans et petens áliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut sédeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, et unus ad sinístram in regno tuo. Respóndens autem Jesus, dixit: Nescítis quid petátis. Potéstis bíbere cálicem quem ego bibitúrus sum? Dicit ei: Póssumus. Ait illis: Cálicem quidem Meum bibétis: sedére autem ad dexteram Meam vel sinístram, non est Meum dare vobis, sed quibus parátum est a Patre Meo. Et audiéntes decem, indignáti sunt de duóbus frátribus. Jesus autem vocávit eos ad se, et ait: Scitis quia principes géntium dominántur eórum: et qui majóres sunt, potestátem exércent in eos. Non ita erit inter vos: sed quicumque volúerit inter vos major fieri, sit vester mínister: et qui volúerit inter vos primus esse, erit vester servus. Sicut Fílius hóminis non venit ministrári, sed ministráre, et dare ánimam suam, redemptionem pro multis.

OFFERTORY Psalms 24: 1-3

Ad te, Dómine, levávi animam meam: Deus meus, in te confído, non erubescam: neque irrideant me inimíci mei: étenim univérsi qui te expéctant, non confundéntur.

SECRET

Hóstias, Dómine, quas tibi offerimus, propítius réspice: et per hæc sancta commércia, víncula peccatórum nostrórum absólve. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF LENT

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cóprimis, mentem élevas, virtútem largiris et præmia: per Christum Dóminum nostrum, per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórumque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exultatióne concélebrant. Cum quibus deprecámur, súpplíci confessiõe dicéntes:

COMMUNION Psalms 10: 8

Justus Dóminus, et justítiam diléxit: æquitátem vidit vultus Ejus.

POSTCOMMUNION

Sumptis, Dómine, sacraméntis: ad redemptionis ætérnæ, quæsumus, proficiámus augméntum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PRAYER OVER THE PEOPLE

Humiliáte cápita vestra Deo.

Deus, innocéntiæ restitútor et amátor, dírige ad te tuórum corda servórum: ut, spíritus tui fervóre concépto, et in fide inveniantur stábiles, et in ópere effícaces. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Forsake me not, O Lord my God, do not Thou depart from me; attend unto my help, O Lord, the power of my salvation, O Lord, the power of my salvation. (Ps. 37: 2) Rebuke me not, O Lord, in Thy indignation: nor chastise me in Thy wrath. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. Forsake me not, O Lord my God, do not Thou depart from me; attend unto my help, O Lord, the power of my salvation.

Look upon Thy people with favor, we beseech Thee, O Lord, and grant that they whom Thou dost command to abstain from food may also cease from baneful vices. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days Mardochai prayed to the Lord, saying, O Lord, Lord, almighty King, for all things are in Thy power; and there is none that can resist Thy will if Thou determine to save Israel. Thou hast made heaven and earth, and all things that are under the cope of heaven. Thou art Lord of all, and there is none that can resist Thy majesty. And now, O Lord, O King, O God of Abraham, have mercy on Thy people, because our enemies resolve to destroy us and extinguish Thy inheritance. Despise not Thy portion, which Thou hast redeemed for Thyself out of Egypt. Hear my supplication and be merciful to Thy lot and inheritance, and turn our mourning into joy, that we may live and praise Thy name, O Lord: and shut not the mouths of them that sing to Thee, O Lord our God.

Save Thy people, O Lord, and bless Thy inheritance. Unto Thee, have I cried, O Lord, my God, be not Thou silent to me, lest I become like to them that go down into the pit.

O Lord, repay us not according to the sins we have committed, nor according to our iniquities. (Ps. 78: 8-9) O Lord, remember not our former iniquities: let Thy mercies speedily prevent us, for we are become exceeding poor.

(Here kneel.)

Help Us, O Lord our Savior: and for the glory of Thy name, O Lord, deliver us: and forgive us our sins for Thy name's sake.

At that time, Jesus going up to Jerusalem, took the twelve disciples apart, and said to them, Behold, we go up to Jerusalem, and the Son of man shall be betrayed to the chief priests and the scribes, and they shall condemn Him to death, and shall deliver Him to the gentiles to be mocked, and scourged, and crucified: and the third day He shall rise again. Then came to Him the mother of the sons of Zebedee with her sons, adoring and asking something of Him. Who said to her, What wilt thou? She saith to Him, Say that these my two sons may sit, the one on Thy right hand, and the other on Thy left, in Thy kingdom. And Jesus answering, said, You know not what you ask. Can you drink the chalice that I shall drink? They say to Him, We can. He saith to them, My chalice indeed you shall drink: but to sit on My right or left hand, is not Mine to give to you, but to them for whom it is prepared by My Father. And the ten hearing it, were moved with indignation against the two brethren. But Jesus called them to Him, and said, You know that the princes of the Gentiles lord it over them; and they that are the greater, exercise power upon them. It shall not be so among you: but whosoever will be the greater among you, let him be your minister; and he that will be first among you, shall be your servant. Even as the Son of man is not come to be ministered unto, but to minister, and to give His life a redemption for many.

To Thee, O Lord, have I lifted up my soul; in Thee, O my God, I put my trust, let me not be ashamed: neither let my enemies laugh at me; for none of them that wait on Thee shall be confounded.

Look propitiously, O Lord, upon the sacrifices we offer Thee, and through these holy dealings loose the bonds of our sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards; through Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

The Lord is just, and hath loved justice: His countenance hath beheld righteousness.

May we derive profit unto the increase of our everlasting salvation, O Lord, from Thy sacrament which we have received. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Bow your heads to God.

O God, restorer and lover of innocence, direct the hearts of Your servants towards You, so that, filled with the fervor of Your spirit, they may be found steadfast in faith and rich in good works. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.